

T FERIA VI,

quid esti lex & prophetæ scripserunt, per omnia Christum uenturum esse designabat. Si enim Iudei legali prophetis credidissent, utique & Christo.

S FERIA SEXTA

post Reminiscere. Matthæi XXI,

¶ In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorum parabolam hanc: Homo quidam erat pater familiæ, qui plantauit vineam. Et reliqua.

Isaiæ. 4  
Psalm. 79
**S**cibæ & pharisei, qui superius domino dixerat, In qua potestate haec facis? audient per occultas parabolas, quod per apertū sermonem non merebantur audire. Omnipotens eternus deus pater, conditor & gubernator familiarium suarum est. Vineæ illius, domus Israelitica est. Hoc enim nomine solet appellari eadem gens in sacro eloquio, sicut Isaias dicit: Cantabo dilectio meo canticum patruelis mei uineæ suæ. Vineæ facta est mihi in loco huberi, &c. usquequo dixit, Vineæ domini sabaoth, domus Israel est. Et Psalmista ait: Vineam de Aegypto transtulisti. Omnipotens ergo deus uineam plantauit, quia electis de terra promissionis habitatoribus suis Chananæis, in eandem gentem Israeliticam collocauit. **E**t sepem circumdedit ei, id est, muros urbium & custodiā angeli rum. **E**t fodit in ea torcular. Torcular, significat altare. Quoniam sicut in torculari uineæ exprimitur, ita & in altari sanguis hostiarum & victimarum effundebatur. **V**el per torcular, passionem sanctorum pectorum debemus intelligere, quo nomine solet passio

POST REMINISCERE 397

sanctori designari. Vnde quosdam Psalms pro torcularibus inuenimus prætitulatos, in quibus sancto rum passio cōmemoratur. Et ædificauit turrim, Turrim, i. templum illud augustissimum, qd dominus in medio Ierusalem ædificauit, primum p Salomonem, deinde reparauit per Ezram & Nehemiā, & ad ultimum per Iudam & fratres eius. Et locauit eam agricolis, id est, cōmendauit eā scribis & phariseis, ut fructum bonorum operum ex lege reportarent. Et peregre profectus est. Nō mutatione locum, quia deus ubiqꝫ est, & nusquā abest, quia sicut per Ieremiam dicit: Deus appropinquans est, & non de lōge: sed ab iſse dicitur, q[uod]a cultoribus tuinæ operandi arbitrium suæ uoluntatis reliquit. Cū autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Tempus fructuum, tempus est bonorum operum reddendorum. Misit seruos suos ad agricolas, Aaron uidelicet & Moysen. Et agricolæ apprehensionis seruus eius, alius ceciderunt. Ceciderunt etenim Moysen & Aaron, licer nō uerberibus, sed tñ moribꝫ & uerbis. Nā etiā eos lapidare uoluerunt. Et in Psalmo legimus: Et uexatus est Moyses propter eos, q[uod]a exacerbauerunt spūm eius. Ceciderunt etenim David qd dixerunt: Non est nobis pars in David, neq; haereditas in filio Iſai. Alios etiam prophetas quosdā occiderunt, quosdam uero lapidauerunt. Iserum misit alios seruos plures prioribus. Serui q[uod] secundum mittuntur, chorum prophetarum significant. Et fecerunt illis simuliter, id est, quosdā lapidauerūt, sicut Nabothe: quosdam ceciderunt, sicut Iſaiam, secātes eum serralinea: quosdā uerberauerūt, sicut Iere-

Jeremi. 23

psalm. 16, 5

2. Reg. 19.

miam. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Uerebuntur forsitan filium meum. Dubitatue loquitur dominus, non ut ipse aliquid dubitet, in quo summa scientia est, sed dominus dubitatue loquitur, cum nostra infidelitas increpat: Agricolæ autem videntes filium, dicerunt in traile: Hic est hæres. Venite, occidamus eum.

Johan. 12. Ex hoc loco datur intelligi, quod Iudei non per ignorantiam, sed per inuidiam Christum occiderunt. Quando enim dixerunt: Totus mundus post eum abiit, intelli gebant eum illum esse, de quo per prophetam dicitur: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Putabat ergo quod illo imperfecto, hereditatem eius ad se transferre possent, hoc est, doctrinam eius de cordibus gentium auferre, & iustitiam suam, quam ex lege erat, cordibus eorum inserere. Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt, quia dominus extra portam passus est. Vel extra vineam eiecerunt illum, & occiderunt, hoc est, primum a cordibus suis eiecerunt per infidelitatem, & postmodum illum occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Interrogat dominus scribas & phariseos, quod facturus sit paterfamilias adueniens illis agricolis, non ut ignoret quod facturus sit, sed ut ipse ex sua responsione eos convincat. Sua enim sententia conuicti sunt, quod scilicet propter suam negligentiam notitia scripturarum ad gentiles esset transferenda. Tiunt illi: Prolos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, id est, notitiam scripturarum gentibus, qui reddant frumentum temporibus suis, id est, quod fructum bonorum operum in suis temporibus reddat. Dicit illis Jesus:

## POST REMINISCERE

399

Hunquam legistis in scripturis: **L**apidem quem reprobauerunt ædificatæs, hic factus est in caput anguli? Quos superius appellavit agricultorës & uinitores, hos modo appellat ædificatæs, scribas uidelicet & phariseos. Non quod ædificatæs essent, sed quod populum exemplis & doctrina ædificare debuerint. Lapidem tunc reprobauerunt, id est, Christum, quod dixerunt. Nolumus huc regnare super nos: & huc nescimus unde sit. Sed lapis factus est in caput anguli, Angulus duos parietes necrit, & Christus factus est in caput anguli, quod duos populos ex diuerso ueniëtes coniunxit in semetipso, faciens pacem his qui prope erant, & his qui longe. **A**d domino factum est istud. Hoc autem a domino totum factum est. Ut enim ille lapis unitas sua duos parietes coniungeret, hoc est, ut duos populos in una ecclesia coniungeret, non id humanarum viarum fuit, sed diuinæ uirtutis. Et est sensus: Quomodo implebit Psalista prophetia, nisi me respueratis & crucifigatis? **E**t est mirabile in oculis nostris. Hoc enim mirabile est, ut de duobus populis efficeret una ecclesia. Ideo dico uobis, quod haec parabola ad uos pertinet: Dico uobis, quia auferetur a uobis regnum dei, et dabitur genti facienti fructus eius. Regnum dei, scientiam diuinarum scripturarum appellant. Auferetur a uobis regnum dei, id est, scientiam scripturarum, & remanebit uobis sola ariditas literarum. Et dabitur genti, id est, gentili populo, facienti fructus eius, uidelicet opera illius. **E**t qui ceciderit super lapidem istum, confringetur. Aliud est super lapidem cadere, & aliud sub lapide. Super lapidem cadit id est, super Christum, qui peccando illum offenditur, spem tamen uenient per penitentiam habendo. Qui-

Luc. x. 19

**SABBATO**

cunctem Christum negauerit, super illum cadit: hoc est, animaduersio diuina super eum irruit, & penitus conteret eum, ut non remaneat ex eo testa, unde aqua hauriri possit. Potest & aliter intelligi. In presenti peccatores super lapidem cadunt, qui confringuntur per poenitentiam. Lapis autem super eos in die iudicij caderet, quia dominus Iesus cum omnibus uirtutibus superiorius ad iudicium ueniet. **Et cum audiissent principes sacerdotum & pharisaei parabolam eius, cognoverunt quod de ipsis diceret.** Licet duri corde essent scribæ & pharisæi, & licet in Christum credere noluisserent, aperte tamen intelligebant parabolam eius ad se pertinere. Et ideo quererent eum tenere, sed timuerunt turbas, quia sicut prophetarum habebant. Intuenda est mobilitas uulgi. Quem enim nunc sicut prophetam habent, postmodum in eius passione sunt clamaturi, dicentes: Reus est mortis, et Crucifige crucifixum te, suadentibus uidelicet scribis & pharisæis.

**SABBATO POST  
Reminiscere. Luca XV.**

**T**in illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, dam mihi portionem substantiarum quæ me contingit. Et reliqua.

**M**urmurabantibus de peccatorum susceptione scribis & pharisæis, tres ex ordine parabolam saluator posuit: duabus primis, de qui-